Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26140
Copyright: Admont, Benediktinerstift



tum suū homo iam corrigendo deserit. sed tam̄ adhuc districtum iudicē. de eius retributione timescit. Ibi g̊ seruus est liber ad ño. ubi iam de peccati uenia dubitare non erit. ubi iam securā mentē culpę suę memoria non addicit. ubi ñ subtratu animus trepidat. sed de eī indulgentia liber exultat. Sed si nulla ibi homo peccati sui memoria tangit. ereptū se unde gratulatur. Aut quom̄ largitori grās refert. de uenia quā accipit. si interuenente obliuione transacte nequitię cē se pene debitorē nescit. Neq; enī negligenter pterendū ē quod psalmista ait. Misericordias tuas dñe in æternū cantabo. Quom̄ enī dī misericordias in æternū cantat. si se miserū fuisse ignorat. Et si miserię transactę ñ meminit. unde largitori misericordię laudes reddit. Sed rursū querendū ē. quom̄ electorū mens pfecta cē in beatitudine potest. si hanc int̄ gaudia memoria sui status tangit. Aut quom̄ pfectę lucis clarescit gla. quā reducta ad animū obumbrat culpa. Sed sciendū est. qa sic sepe nunc tristitū lęti reminiscim̄. ita tunc transactę nequitię sine lesione nrę beatitudinis recordamur. Plerumq; enī in colo mitatis tempore ad memoriā dolores pteritos sine dolore reducim̄. & quo egros nos fuisse recolim̄. eo nos in colo mes plus amamus. Erit g̊ in illa beatitudine culpę memoria. ñ quę mentē polluat. sed quę nos lętię atq; ausa astringat. ut dū doloris sui animus sine dolore reminiscitur. & debitorē se medico uerius intelligat. & eo magis accepta salutē diligat. quo molestię meminit quam euasit. In illa itaq; lętitia. sic tunc sine tedio mala nrā conspicim̄. sic nunc in luce positi. sine ulla cordis caligine. animo tenebras uidem̄. quia & si obscurū est